



**Lvdovici Molinæ, E Societate Iesv Theologiæ Doctoris, &
Professoris, Commentaria, In primam D. Thomæ partem**

Molina, Luis de

Lugduni, 1622

Articvlvs VI. Vtrum creare sit proprium alicuius personæ. artic. 6.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73915](#)

Vnita esset corpori mediætè produxisset in intelle- A
ctu & voluntate, qua ratione poterit per ignem in-
fernani animam immediatè cruciare, quod idem est de-
demonibus asterrendum. Quare ad argumentum in
forma, neganda est minor. Cum enim in creatione,
nullum subiectum detur, in quod creatura agat, &
de cuius potentia educat effectum, contradictionem
implicat creaturam creare, ed quod ad id virtus in-
finita sit necessaria. Cum vero, dum ignis inferni
reim spiritualem torqueretur subiectum, in quod
agat, Deutique suo influxu supplerre possit influxum
potentiarum omnium intermediarum, quibus in-
teruenientibus ignis naturaliter animum affixisset,
nullam sanè contradictionem implicat, si ignis cor-
poratus inferni ea ratione immediate cruciet, & tor-
queat res spirituales.

Primum D.
Thomæ hoc
loci argu-
mum.

Primum argumentum D. Thomæ hoc loco est
huiusmodi. Ex Aristotele 2. de anima, *perfictum est,*
quod potest facere sibi simile: sed creatura immateriale
sunt perfectiores creaturis materialibus: cum ergo
creaturæ materiales possint alias efficiere sibi similes,
creaturæ etiam immateriale producere sibi similes etiam poterunt: at non aliter, quam ex nihilo: ergo possunt creare.

Solutio.
Ad hoc argumentum, prætermissa D. Thomæ
responsione, dicendum est, propositionē illam Ari-
stotelis, *perfictum est, quod potest sibi simile producere,*
intelligendam est, de viventibus corruptioni ob-
noxios, non enim statim possunt generare viventia
sibi similia, sed solum cùm ad stārum perfectū
perueniunt, vt experientia ipsa docet. Quòd autem
generare possint sibi similia, supponit imperfectionem
in ipsorum natura, nempe constare materia, ex
qua præsupposita, vt possunt generare, sic generari,
aque corrupti possunt. At verò quòd viventia
immateriale, vt sunt Angeli, generare non possint
sibi similia, ex eorum perfectione prouenit, quia D
scilicet sunt simplicita, materiaque experientia, eaque
de causa non habent partem, aut aliud sibi, ex quo
sibi similia producent, eaque de causa attingi ne-
queunt à causa fecunda, que nō agit nisi in subiecto
præexistente, de cuius potentia educat effectum, sed
solum attungi possunt à causa prima, quod ad eorū
maximum nobilitatem spectat. Ex eodemque capi-
te prouenit, quod corrupti suæ natura nequeā
quod etiam ad eorum nobilitatem pertinet.

Secundum D.
Thomæ,

Secundum argumentum D. Thomæ est. Quanto
maior est resistencia ex parte facti, tanto maior vir-
tus requiritur in faciente, sed plus resistit contra-
rium, quam nihil: ergo maioris virtutis est facere
aliquid ex contrario, quam ex nihilo, atque adeo
creatura, quæ producit ex contrario, poterit pro-
ducere ex nihilo, ac proinde creare.

Ad hoc argumentum neganda est consequentia:
quoniam maior virtus in agente non solum requiri-
tur propter maiorem resistentiam passi, sed etiam
propter modum faciendi de nihilo, aut de aliquo.

Tertium.
Tertium argumentum est, virtus faciens con-
sideratur secundum mensuram eius, quod fit: sed ens
omne creatum est finitum: ergo ad producendum
aliquid per creationem non requiritur in causa ef-
ficiente virtus infinita, ac proinde creature poterit
creare.

Hoc tertium argumentum solvetur similiter, ne-
gando virutem faciens considerari solum secun-
dum mensuram eius quod fit, consideratur namque
ex parte etiam modi faciendi, de nihilo, aut de ali-
quo: quippe cùm multò plus requiratur ad produ-
cendum aliquid de nihilo, quam de aliquo sub-
iecto.

ARTICVLVS VI.

Vtrum creare sit proprium alicuius personæ.

O N C L V S I O est. *Creare est communis* Create com-
ne toti omnipotissima Trinitati, & mune est toti
non proprium aliqui personæ. Probatur *Trinitati.*

primò ex Concilio Lateranensi cap. Fir-
mier, de summa Trinitate & fide Catholica, ubi de
tribus personis diuinis dicitur: Consubstantiales &
coequales, coomnipotentes, unum uniusorum principiū
creator omnium, inuisibilium & visibilium, &c. &c. cap.
Damnamus, subfluitur: Nos autem, sacro approbatam
Concilium, credimus & confitemur, quod una quædam res
est incomprehensibilis quidem, & inestimabilis quæ ve-
raciter est Pater, Filius, & Spiritus sanctus. Tres simul
personæ, ac singulare quilibet eorumdem, & ideo in Deo
Trinitas est solum modo non quaternitas: quia qualibet
personarum est illa res, videlicet substantia, essentia, sine
natura, que sola est omnis forum principium, preter quā
alium inueniri non potest. Hactenus Concilium illud.
Idem habetur in Concilio Tolentano VI. cap. i. &
in Concilio Tolerano X. i. in confessione fidei, de
tribus personis diuinis dicitur: Nullam sine alia, vel
exitire, vel quippiam operatam esse aliquando creditur.
Inseparabilem enim inueniuntur, & in eo quod sunt, &
in eo quod faciunt. Hec Concilium illud. Et in epi-
stola Agathonis Papæ, que habetur in sexta Synodo
actione quarta: Confidentes, inquit, Papa, sanitatem &
inseparabilem Trinitatem, id est, Patrem & Filium &
Spiritus sanctum, unius esse Deitatis, unitus natura &
substantia, sive gloriosa, unius eam praedicamus & na-
ralis voluntatis, & viri, operationis, dominationis,
maiestatis, potestatis, & gloria. In synodita sugge-
sitione 125. Episcoporum, quæ in eadem actione con-
tineatur, & tanquam Catholicæ fides, à toto Concilii
actione 17. suscipitur, de Patre, Filio, & Spiritu
sancto sequens haberet sententia: Quorum una es-
senzia, una natura, una aeternitas, una potestas, unum
*imperium, una gloria, una adoratio, una essentialis eius-
dem sancta, & inseparabilis Trinitatis voluntas, & ope-*
ratio, que omnia condidit, dispensat, & continet. Diony-
sius præterea 2. cap. de diuinis non inibus: Nisi to-
tan, inquit, diunitatem, vitam esse dixerint, quomodo
*verum est, sacram Verbum quod dixit, sicut Pater se-
secutus mortuos, & vivificat, ita & Filius, quos vult vi-
vificat. Et præterea Spiritus est qui vivificat? Et infra:*
Pulchrum quoque, & sapienti in tota diuinitate (hoc
est, in tribus personis) laudatur, itemque lux, & quod
Déum facit, & causa. Et paucis interiectis: Summa-
tim quidem, ut cùm dicam (Scripturæ nempe) omnia
ex Deo, latius autem & fisius, ut cùm ait quidam, omnia
per ipsum, & in ipso creata sunt: & illud, omnia in
ipso constant: & emitte Spiritum tuum & creabuntur.
Atque ut aliquis summatis dicat: Cùm diuinum Ver-
bum ipsum dixit: Ego & Pater unus sumus: & omnia
quæcumque habet Pater mea sunt: & omnia mea tua
sunt, & tua mea. Et rursus: Omnia, que sunt Patri, eis
eius etiam sunt omnia, diuino Spiritui communiter &
coniuicite tribuit diuina opera, venerationem, primam,
perpetuângua causam optimorum donorum, ac munera
tributionem. Nemantemque eorum, qui in diuinitate
Scripturarum, non depravata, corruptaque intelligētia, edu-
cati sunt, contradictrium esse arbitror, quin omnia, que
Deo digna sunt, in tota diuinitate insinui. Et infra con-
numerans, quæ coniuncte sunt & communia totius
diuinitatis, addit: Quibus addiuntur ea quæ causa
rationem habent omnia. Et Augustinus, cùm alias scep-
tum 1. de Trinitate, cap. 4. & 5. docet, tres personæ
diuinae

A conditionem necessariam, ante volitionem liberam creaturarum, & per consequens ante carum liberam emanationem.

Sententia haec, præterquam quod nulli fundamento imitatur, absurdaque statim ex se apparet, est parum tuta in fide, erroneaque non immerito à multis censur. Primo, quoniam cum solus Pater dicat Verbum, solus Pater haberet illam notitiam practicam: Filius vero, & præfertim Spiritus sanctus, qui nec est Verbum, nec producit Verbum, soli habent notitiam essentiale, talem tamen, ut quantum ab eis emanat, non terminaretur ad Verbum,

B ac proinde non producere libere creature, neque essent principium earum immediatum, sed solus Pater, id quod est hæreticum. Secundo, quia data sententia Henrici, Pater intelligeret, effeteque sapiens notitia practica formaliter per Filium sapientiam genitam, non vero per sapientiam essentialem tribus personis diuinis communem, contrarium autem docet Augustinus 7 de Trinitate, cap. 1. 2. & 3. ipsa rei veritas testatur: ea namque locum ratione Pater dicitur per Filium, tamquam per artem & sapientiam, effectus fabricasse, quatenus per scientiam tribus personis communem, quam Pater vi sua productionis speciali modo Verbo communicat, producere creature, ut variis in locis supra explicauimus. Tertiò quoniam data opinione Henrici, Pater acciperet à Filio, & Spiritu sancto, vt sit principium liberum, utque libere operetur, atque adeo ab eis saltem ea in parte penderet, quod est erroreum.

Quare licet concedendum sit, emanationem personarum diuinarum esse priorem, non solum quam emanationem creaturarum, sed etiam nostro intelligenti more cum fundamento in re, quam volitionem earum liberam, quatenus Filius procedit de

D notitia naturali ante omnem actum voluntatis, & Spiritus sanctus per se procedit de amore naturali: per accidentem tamen est, quod ad processionem Spiritus sancti attinet, quid amori illi coniungatur ratio volitionis liberae creaturarum, ut suis in locis dum de mysterio glorioissima Trinitatis esset sermo, explicauimus: nihilominus dicendum est, pluralitatem personarum in Deo, ac proinde processionem quarundam ex alia, aut aliis, non ita prærequisiti ad emanationem creaturarum, quasi, si per impossibile non esset pluralitas personarum in Deo, sed Deus unus esset, qualem illum Philosophi naturales crediderunt, creature non possent libere ab eo emanare eo genere libertatis, quo re ipsa emanarunt: quippe cum via omnis libertas in Deo non habeat ortum ex pluralitate habent personarum, sed ex essentia in seipsa spectata?

ARTICVLVS VII.

Vtrum in creaturis sit necesse inueniri vestigium Trinitatis.



VANAM ratione in creatura intellectu prædicta reperiatur imago adorandissimæ Trinitatis, explicauimus

quæst. 32. ad calcem articuli primi.

Cum Augustino autem sexto de Trinitate facimus esse vestigium quoddam incomprehensibile Trinitatis in singulis creaturis subsistentibus: quia in eis inueniuntur distincta quadam, quæ per appropriationem reduci possunt in diueras personas diuinias, ut substantia ac subsistentia in Patrem, forma in Verbum, & ordo in Spiritum sanctum.

ARTI

dininas inseparabiliter operari, idque ostendere nititur capitibus sequentibus.

Secundò probatur ex illo Ioan. 5. Quidquid facit Pater, & Filius similiter facit. Et Proverb. 8. Sapientia genita de seipso dicit: Cum eo eram cum ea compensis, nempe cum Patre. Item Concilium Toletanum, cap. i. affirmat, ipsum Dominum nostrum Iesum Christum creare omnium. Eademque est ratio de Spiritu sancto, quæ est de Filio. Vnde Sapient. i. de eo dicitur: Spiritus Domini repletus orbem terrarum, creando videlicet omnia, quæ in eo sunt, vñā cum Patre & Filio.

Tertiò, Deus operatur per intellectum & voluntatem, ut quæst. 15. ac alias saepe ostensum est: sed intellectus & voluntas communia sunt toti sanctissima Trinitati: ergo creare est commune toti augustiniana Trinitati.

Quarto, relatio, quæ relatio, nullius est actiuitatis ergo persona diuina solum producunt per absolute ipsi communia, atque adeo creatio communis est toti glorioissima Trinitati. Hinc emanauit axioma illud Theologorum:

Opera Trinitatis ad extra sunt indiuisa, quod quinto loco confirmat conclusionem propositam: illo virtutum Concilium Toletanum V. I. cap. i. dicunt: Cum tota cooperata sit Trinitas formationem suscepit hominum, quoniam inseparabiles sunt opera Trinitatis, &c. Eo etiam virtutum Concilium Toletanum XI. in confessione fidei, eisdem verbis. Idem innuit Concilium Lateranense cap. Firmator, de summa Trinitate & fide Catholica, dum non aliunde, quam ex eo cap. dicit: Tandem unigenitus Dei Filius Iesus Christus, & tota Trinitate communiter incarnatus.

Henrici sententia rei- Ex his patet reiiciendam esse tamquam minus tutam in fide, aut erroneo potius, sententiam Henrici de Ganda quoilibet. quæst. 2. afferentis, Patrem ex parte intellectus produxisse creature per Filium Verbum suum, tamquam per principium formale proximum eas libere producendi, & per notitiam essentialem, tamquam per remotum, insufficiensque principium ad liberam earum procreationem: ex parte vero voluntatis produxisse eas per Spiritum sanctum, amorem personalem, tamquam per principium proximum libere eas producendi, & per amorem essentialem tamquam per principium remotum, insufficiensque ad liberam earum productionem. Censet namque, cognitionem Dei mere essentialem, habere solum rationem simplicis cuiusdam intelligentie speculativa solum, completere que in ratione artis, & notitiae practica ad res libere producendas per dictiōnem, productionēm Verbi, in Verbō Patrem habere scientiā practicā rerum, itēmque amorem Dei mere essentialem esse in ipso naturalem, & licet eo sibi complacat de creaturis cognitis per scientiam essentialem, esse tamen complacentiam illam naturalem, qua placet ipsi, quod illæ suæ naturæ sint talis vel talis naturæ: amorem vero essentialem compleri in ratione liberi amoris creaturarum, per productionem Spiritus sancti. Vnde duo colligit. Primum est. Si in Deo non esset sanctissima Trinitas personarum, sed unitas essentia dumtaxat, ut Philosophi naturales crediderunt, Deum nihil fuisse producturum libere, sed omnia mere naturaliter, ut multi ex Philosophis naturalibus arbitrati sunt. Secundum est. Priorum esse in Deo emanationem ad intra personarum diuinarum, non solum quam emanationem creaturarum, sed etiam quam volitionem liberum, qua illas producere statuit, in modo emanationem ad intra personarum diuinarum prærequisitam esse, tamquam